



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Mogvntiae, 1603**

XVIII. Portuensis Collegij Societatis initia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45256**

218 DE VITA FRANC. BOR.

singularem cum doctrina pieta-  
tem ita coniunxerat, ut vtra re  
præstaret incertum esset. Socio-  
rum hic opera, in commisso sibi  
grege curando vti velle præse fe-  
rebat; quod re etiam præstitit.  
Post vt erat summa vitæ innocé-  
tia, & sanctitate, sponte abdica-  
to Episcopi officio, cellæ ceno-  
bij se iterum. suisque reddidit.  
Scripsit re penitus explorata,  
Chrysostomi, & Gregorij Ponti-  
ficiis exemplo, *De cura Pastorum*,  
volumen egregium.

CAPUT XVIII.

*Portuensis Collegij Societatis  
initia.*

**C**OLLIGERE sese & ipse  
FRANCISCVS, ad oratio-  
nemque, vt solet, & solitudi-  
nem festinabat. Profectus itaq;  
in Gallicæ fines, vt à publicis ne-  
gocijs, quæ nimis occupatum  
ha-

habebant, se abduceret: Portum  
venit, quæ Vrbs hodie nomen  
retinet, quia portus est oppidi  
Calis: indeq; adeo, vt Hispanica-  
ram rerum scriptores tradunt, <sup>Andro</sup>  
<sup>Resende</sup>  
toti prouinciae nomen inditum. <sup>G. Ant.</sup>  
Ea mille circiter, & quingentis <sup>Viperae</sup>  
passibus Durio flumine, vbi in  
Oceanum influit, imminet, loci  
ingenio, & situ saluberrima. Hic  
olim FRANCISCVS Strada com-  
moratus, assiduis concionibus,  
vt erat in dicendo acer, & vehe-  
mens, magnos antea fructus  
retulerat. Delatus & FRANCI-  
SCVS noster Kal. circiter Sextil.  
annis 10. 15. 60. rectaq; in xeno-  
dochium Rochi Amatoris per-  
tendit, Vix iam ad pedes desilie-  
rat, cum Rodericus Pinetus E-  
piscopus Portuensis salutatum  
accessit. Ciues itē admirabundi  
cognito quis olim Fráciſcus fu-  
isset,

## 220 DE VITA FRANC. BOR.

isset, atque ob commissam illi totius in Hispania Societatis prouinciam, & modestiae nomine obseruabant. Postularunt Socios eo mitteret, qui eum a grum diuini verbi semine exco lerent. Annuit Franciscus, impe trauitque, bona cum Episcopi venia, scdem Socijs, & sacellum. Re item iuuit Henricus Gouianus, vir nobilis, ex eorum numero, quos Strada antea Christo lucifecerat; mutata in melius vita, qua virtutis odorem cæteris afflabat ciuibus. Pauperes a lere, ministrare etiam ipse in nosocomiis assueuerat: Deo, & So cietati tres filios obtulit, domumque attribuit. Grassante in Vrbe Portuensi lue, pauperum curam incautius gerens, occubuit. Non fugit Catharinam, Lusitaniz Reginam Francisci

ad-

aduentus, cui per idem tempus:  
per amaner scripsit, latari se,  
quod eam vibem de via attigis-  
set, ciuesque & Episcopum cum.  
Senatu optasse, Socios co mitti,  
Collegiumque excitari. Idem si-  
bi pridem vorum fuisse, ratum-  
que esse velle.. Tale fere Portu-  
ensis Collegij principium fuit.  
Ille & ætatis immemor, & inua-  
letudinis, cuncta ferre, agere,  
concionari, Eucharistiam manu  
tenendo hortari, pueros aere  
Campano vicarim ad Fidei ru-  
dimenta discenda euocare. Qua-  
re velut hominem cælo dela-  
psum, suspiciebant omnes.

## CAPV. XIX.

*Romam à Pio Quarto Pontifice e-  
uocatus, proficiscitur.*

**I**N secreto hoc secessu libenter  
Iacquieuisser Franciscus, sed  
Pius